



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. III. De Indifferentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

24 *Pars Prima.*

affecti erga Institutum , & futuri ædificationi Domesticis & Externis. Qui non quieturus in externis ministeriis cognosceretur , non esset admittendus in Coadjutorem Temporalem , nisi aptus ad progressum in literis deprehenderetur .

I Ex. c. 6. §. 7.
& P. 1. c. 2. §.
2. & B.

Quoad corpus.

m P. 1. c. 2.
§. 3.

3 Quod ad corpus attinet , sint honesta specie , sanitate , viribus , & ætate , quibus labores sui munericus sifferre queant ; & qui vel habeant , vel habituri sperentur talentum ad Societatem juvandam . m

S E C T I O III.

De Indifferentibus.

Quinam dicantur indifferentes.

n Ex. c. 1. §. 8.
9. 10. &c c. 8.

s Ex. c. 1. §. 11
& c. 5. §. 8. &
c. 8. §. 1.

Quomodo exanimandi.

1. **C**Um tres sint notissimæ classes hominum Societatis , Professorum nempe , Coadjutorum , Scholasticorum ; ad quorum aliquam plerumque Novitii destinantur ; n posset contingere , ut aliquorum Societati se adjungere volentium non satis perspectæ essent dotes. Inde factum est , ut quarta classis admittendorum statueretur , qui indifferentes dicantur ; eò quod nondum Societas decreverit , ad quem ex dictis gradibus eorum talentum sit magis accommodatum .

2. Quare qui examinabitur , ut Indifferens , admonendus erit , quod nullo

tem-

tempore , neque ulla ratione debet prætendere potius hunc , quām illum Grandum ; interrogandusque an ad hujusmodi indifferentiam sit paratus. *p* Non prohibentur tamen iidem , post orationem , simpliciter Superiori proponere , quod ad Dei Gloriam fore judicaverint. *q* Præterea examinandi de reliquis , prout magis convenire videbitur. ,

p Ex . c . 1 . § . 11 .
& c . 8 . § . 1 . 2 .

q Ex . c . 8 . A .

r Ex . c . 8 . § . 3 .

3. Rarò tamen aliqui , ut Indifferentes , admittendi , & ex iis , qui sic admissi sunt , ultra tempus biennii probationis nemo detinendus in hoc Indifferentium gradu , sed eo expleto determinetur ad aliquem aliorum. *s*

Pauci sint , nec detineantur ultra biennium.

s Reg . Prov .

67 . & C . 4 .

D . 52 .

C A P U T III .

De Potestate admittendi in Societatem.

S E C T I O I .

*Vnde fluxerit potestas admittendi
in Societatem.*

4.  U E M A D M O D U M Societatis Fundatio , quod reliquis etiam Religiosis Ordinibus commune est , pendet à Summo Pontifice : ita ab eodem , unà cum prima

*Prima Confir-
matio Societatis
& Facultas ad-
mittendi , sed
limitema.*